



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aluari Pelagij de pla[n]ctu eccl[es]ie desideratissimi libri  
duo et indice copiosissimo et marginarijs additionibus  
rece[n]s illustrati**

**Alvarus <Pelagius>**

**Lugduni, 1517**

Fratris Aluari Pelagij vita ex Joanne Trittenhamio abbate Spanhemensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29953**

**C** Fratri Aluari Pelagii vita ex Joanne Tritemio abbate Spanhemensi.

**A**lvarius ordinis fratrum minorum natione Hispanus: Joannis scori auditor: vir in divinis scripturis eruditissimus: apud Joannem. xxi. in piceo habitus: contra Guilielmum D. clam anglie cum scriptis egit et verbis. Edidit ingenii sui quedam preclara volumina: quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. Et quibus extat opus magnum et insigne defectus ecclesiarum

fasticarum personarum describens: quod prenotavit  
De planctu ecclesie li. ij.  
Speculum Regum li. f.  
Super sententias li. iij.  
Apologiam li. f.  
Et quedam alia.

Claruit eodem tempore quo et D. clam sub Ludouico imperatore quarto: et Joanne papa. xxi. Anno domini. M. cccc.

**C**ldec Tritemius. qui propterea quod valde multa subtrahit ad tanti viri gloriam non parum factitia: studiosi erit lectoris que silentio pretermissa sunt: ex Platina in Joannis. xxi. vita: ex Raphaelis idem volaterrano in rebus ab Ludouico bauaro imperatore preclare gestis: et hoc ipso demum opere non oscitabunde perlecto nosse diffusius. Hominis tamen alijs districti negotijs laborem aliqua ex parte leuaturi non impotune fortassis hec obiter adiecerimus.

**A**lvarius Pelagius natione Hispanus: dñi Archidiaconi inter iurisperitos nominatissimi cura studioque diligenti Bononie ius canonicum feliciter edoctus: id ipsumque non citra magnam hominis gloriam inibi publico professus auditorio: tandem a Bonifacio Hispano fratrum minorum generali probatissimo Archiepiscopo in sacerdotum sancti Francisci numerum adscriptus est. Qui ob insignem sacrarum literarum iurisque qua plurimum claruit peritiam dño pape Joanne. xxi. factus acceptior: eiusque munificencia primam eo magistratu quam penitentiaria dicitur: Auinione donatus: ad postremum Epatu Silueci fuit insignitus.

**I**s frequenter in Petrum Lombardum Reatinum: nec ab re stomachatus est. vixit qui factus cum vxore diuortio: in fratrum minorum ordinem receptus: ab Ludouico bauaro Joani. xxi. et infenso supra modum et infesto creatus pseudo pontifex: grande schisma conuocauit. Rebus tamen eius voto male respondens: a Bonifacio comite Pisano Rome captus: Auinioneque ad Joannem pontificem tractus: in carceris pedore: quod vix schismaticum decuit: extinctus est.

**Q**ui plura sciendi maior: inuenerit cupido: huius operis lectio satisficiet plenius.